



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Reprobationis existentia de fide est, cuius non euidens ratio est; est tamen satis firma argumenti contra ipsam solutio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

DISPUTATIO V.

De reprobatione Præscitorum.

PORTET primo Reprobationis existentiam statuere, ut de subiecti disputationis consistentia constet, nec ferri in inane tota disputatione videatur: mox verò diuidenda in suas, quasi species reprobatio erit, ut debita, atque illustriori methodo, quæ de reprobatione esse possunt, difficultates examinentur, ac definiantur, atque earum specierum naturæ, & essentia innotescere, dignoscique possint.

QVÆSTIO I.

De reprobationis existentia, & diuisione.

Reprobatio, de qua præsens disputatio instituitur, ea est, qua vel à gratia, siue conducente, siue perducente de facto etiam ad gloriam, vel à gloria Dei libera voluntate siue positiua, siue omniuiua rationales creaturæ excludantur. De qua, an, quomplexque sit? prima hac quaestione disputamus.

CERTAMEN I.

Reprobationis existentia de fide est, cuius non evidens ratio est; est tamen satis firma argumenti contra ipsam solutio.

I. Dum posse rationales, quas velis, creaturas à gratia ac subinde gloria sua excludere, cum ex sacra pagina, tum ex dogmatibus aliis in ea contentis perspicue, certoque deducitur: expresse enim Matth. 10. dicitur. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed potius eum time, qui potest, & corpus, & animam perdere in gehennam.* Quod nisi excludendo eos à gloria, immediate, vel mediate, excludendo eos à gratia, qua illam consequantur, fieri nequit, & alterutro modo fieri à Deo potest: exclusio autem modo alterutro à gloria reprobatio ipsa est, de qua agimus: ergo reprobatio, de qua in præsentem est Deo possibilis. Probatur secundo: ex supremo Dei in creatura omnia dominio, ac proinde in gratiam, & gloriam, quæ ex creatis sunt, cum summum ex creatis bonis rationalis creaturæ gloria sit, ex huius dominio vel maxime, diuini increata domini excellentia debitaque ipsi à creatura rationali obsequantia, ac reuerentia commendatur, unde merito Paulus 1. Corinth. 2. de perfidis, perditissimisque Iudeis Christi crucifixoribus ait, *si cognouissent nunquam Dominum gloriam crucifixissent.* Dominum autem potestatem absolutam donandi, vel non donandi pro arbitrio, & voluntate Domini id, cuius Dominus est, procul dubio includit: quod absque possibilitate donandi, vel negandi illud fieri nequit: simile argumentum fit ex liberalitate, & gratia, quam Deus in gratia ac subinde gloria largitur, (ut fieri dogma est) exercet; quam, nisi alterutrum pro

libro, & suæ voluntatis libertate præstare, aut non præstare, velletque, aut nolle, vel non velle posset, sed extremum alterum voluit, & præstaturusque ex necessitate esset, ut facta negatione voluntatis, & donationis gloriae impossibili esset necessario illa rationali creaturæ præstaturus exercere nullatenus posset. Denique probatur ex 1. Corinth. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauero ipse reprobos efficiar:* quibus reprobationem possibilem asserit, quam timet.

2. Reprobatio (de qua in præsentem) aliquorum de facto datur. Plura scripturæ testimonia, quæ reprobationem sonant, ut Eccles. 9. & 2. ad Timot. 3. & alia extra rem pro hac concluduntur, quia materiam à gratia, & gloria diuersam, circa quæ reprobatio Theologica solummodo versatur, concernunt, ut bene obseruant Valsg. dip. 9. §. 4. & alij. Reprobatio à gloria absolute futura de fide est, ex Matth. 2. *sic male dixi in ignem æternum,* & aliis, quibus Angeli præuicacatores celo decessit, atque Tartarum lapsi, traditque, ut ignis inferni rudentibus, siue æternis flammis reuincantur, & mancipentur. Reprobatio à gratia efficaci (quæ directè, & immediate prædestinationi aduersatur) inde euidenter deducitur: cum nemo absolute à gloria sua decidat, decidere absolute possit, nisi gratia efficaci à Deo reprobetur: quare ex eisdem locis reprobatio aliquorum à gratia efficaci finali proxima fidei esse conuincitur: est autem de fide ex aliis locis, quibus permissio peccati finalis (quæ nihil aliud est, quam reprobatio) absolute existens traditur à Paulo illis vocibus, quibus absolute reprobos, *vasa iræ,* ad Rom. 9. & ad Timot. 2. *vasa in contumeliam esse, opposita vasibus misericordiae, & vasibus in honorem,* id est prædestinatis, consonant Patres & Concilia omnia, vel formaliter, & expresse, vel præsuppositiue, Concil. Valent. sub Lothario c. 3. *fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & perditionem impiorum ad mortem.*

3. Reprobationis cum à gratia tum à gloria possibilitas probata satis est rationibus datis n. r. existentia vero reprobationis siue à gratia efficaci finali, siue à gloria probati à ratione efficaciter à nobis tunc solum potest cum aliquem peccando vel de antea illis impenitentem obire, vel obisse nobis consiliter, vel quia obeunt adsumus, vel quia ex historiis humanis authenticis didicimus: tuncque pro harum maiore, minoreve, autoritate maioris minorive discursus eis innitentibus efficaciter erit. A priori verò nullam video rationem firmam de reprobationis alterutrum asseri posse, cum eam esse, vel non esse ex arbitrio & indifferente ad vtrumvis potestate, ex qua proinde neutrum determinate potest inferri. S. Th. q. 2. a. 3. corp. hanc reddit. *Ad prouidentiam* (cuius pars reprobatio est) *pertinere permittit aliquem defectum rebus, quæ prouidentia subduntur, ut supra dictum est. Unde cum diuina prouidentia hominum in vitam æternam ordinatur, pertinet etiam ad diuinam prouidentiam, ut permittit aliquos ab isto fine discere: & hoc dicitur reprobare.* Nec tamen ratio, non tam probatio existentia reprobationis est, quam difficultas, quæ contra ipsam posset opponi solutio, quæ ostenditur ab vniuersalis prouisoris rerum perfecta prouidentia non abesse minus bona quandoque in aliquibus permittit, ut maius malum vitetur, vel rei alterius ex his quibus prouidet vel vniuersitatis & totius coniuncti earum omnium, imò si cuiusmodi malum culpe non sit, ob maius vel partium, vel totius coniuncti bonum positiue facere & velle. Id quod exemplo Pictoris, & aliorum artificum, qui depressiores, obscurioresque partes alias artefactæ statuæ, ac picture ponunt, ut alia, atque pictura tota perfectior euadat, ut supra ex Patribus ostendebamus contr. 6. de prouid. Nec amplius suadet prolixus Herizæ nostri discursus in rationis huius defensione d. 32. c. 1. à n. 4. Nec aliquid amplius S. Th. contendit, quam ex permissione peccati (finalis scilicet, in qua reprobatio stat) nil imperfectionis in vniuersitatis prouidentia diuina inducitur perfectionis multum deduci: ut solum contendebat q. 22. art. 2. ad 2. ad quem locum recitatis verbis se refert: cum autem ex eo, quod cuiusmodi prouidentia imperfectionem non imbibat, & perfectionem, quam diuini actibus potest, scilicet obiectiuiam affert, ad eam habendam non cogatur Deus, possibilitas quidem reprobationis, ac non repugnantia probabitur, non autem existentia discursu facto suadebitur.

CERTA